



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

6. Mortis memoriam ingeri ab omnibus ægris & senibus obuijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

nictutem, non morbum, non paupertatem, non quidquam aliud molestie, quodq; ipsi oblectationem interpellare posset: verum omnia jucunda, & cum suavi fructu conjuncta proponerent, ut in his ipsius animus cum voluptate ac deliciis versans, nihil omnino rerum futurarum cogitatione complecti posset, ac ne verbo quidem tenus de Christi religione, ipsiusq; decretus quidquam audiret. Nam hoc pra omnibus rebus ipsi occultare in animo habebat, Astrologi nimirum vaticinum verius. Quod si ministrorum aliquem in morbum incidere contigisset, eum statim illinc ejici jubebat: alterumq; nitidum optimeq; valentem ipsi substituebat: ut ne quid omnino salebrosum, atq; acerbi in filiis oculos incurreret. Ad hunc modum se rex gerebat, atque hac cogitabat, & agebat. Videns enim non videbat, & audiens non intelligebat. Nam cum hac industria adhibita, non effecit rex, ne quis filio leprosus, & cæcus, aut capularis senex occurreret; è cuius miserando aspectu, nempe rugata facie, fractis ac dissolutis tibijs, curuo corpore, capite prorsus cano (qui pratereadentibus carebat, atq; consilium quiddam, & interruptum loquebatur, atque fortasse etiam grallis vtebatur) ingeniosus adolescens veniret in cognitionem humanæ mortalitatis: quæ cognitio illi viam ad virtutem & cælum aperuit.

Itaque quotiescumque senem, quotiescumque debilem, claudum, cæcum, leprosum, rugosum, scabiosum, vel quocumque modo infirmum aspicimus, mortis esse nuntium putemus: quoties casum, vel domi, vel belli, miserabilem audimus accidisse, mortis memoriam in nobis excitari existimemus; cogitemusque, nobis dici: *Miki heri, & tibi hodie.* Ad hanc cogitationem dicit etiam Philosophus, dum ita scribit: *Nemo tam impetratus est, ut nesciat sibi quando moriendum: tamen cum propè accesserit, tergiuersatur, tremit & plorat. Quid fles, miser? quid trepidas? omnes hac necessitate ducuntur: Eò ibis, quò omnia erunt.* Ad hanc legem natus es: hoc patrituo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. *Quantus te populus moriturum sequetur? quantus concomitabitur? Fortior, ut opinor, es sis, si multi tibi commorerentur. Multa millia hominum, hoc ipso momento, quo tu mori dubitas, animam varijs generibus emittunt.* Tu autem putabas te ad id aliquando peruenturum, ad quod semper ibas? *Nullum sine exitu iter est.*

PPP 2

Quin

## VI.

Eccli. 38. 23.

Senec. ep. 77.